



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Simile Lunæ nomen in plerisque linguis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

suos menses numerare solitos olim Hebræos etiam docuerunt homines eruditi. Unde videre est non sine causa à למנוח , quod numerare notat, Lunam dictam esse מנחה . Quomodo & cum Arabico articulo *Al*, hodie vocare solemus *Almanah* calendarium, quasi observationem dicas omnium totius anni Lunarum, atque etiam mensis, qui secundum Lunæ cursum numeratur, apud Græcos μην dicitur.

IX. Id ex eo longe fiet verisimilius, si observemus hoc Lunæ nomen apud plerisque populos mansisse. Non hic dicimus de lingua Belgica, nobis vernacula, qua Lunam vocamus *Mane*, & mensem, qui secundum ejus cursum numerari solet, *een maand*: Id ipsum videre est in lingua Arabica, Græca, Latina. Vir cl. Edwardus Pocokius, ex Arabica lingua مَنِي *Meni* dijudicans, Idoli nomen esse vult, cui affine, si non plane idem, sit Arabum *Menath*, quod occurrit in Alcorano: *An non vidistis Allath & Alozza, & Menath*. Utique hoc verissimum putamus.

Pocok. in
Specim.
pag. 92.

Alcor.
pag. 57.

ramus. Sed quid *Menath* sit nondum constat. Neque id nos docent viri longe eruditissimi Johannes Seldenus, & Johannes Henricus Hottingerus, qui de his idolis multa observarunt. Ego vero *Menath* nihil aliud quam *Lunam* fuisse suspicor. Hoc arguit, tum quod reliqua duo Alcorani nomina *Allath* & *Alozza*, stellam, & quidem, ut *Isa Bar Ali* Syriacè explicat, *Astrum Remphan*, h. e. *Saturnum*, significant, vel uti *Allath* fuisse volunt Seldenus & Hottingerus, *Venerem*, tum etymologia vocis *Menath*, quam ex *Schamhafchari* Hottingerus habet. Radicem ille ponit vel מנח id est, קטע *scidit, abscidit, eradicavit.* ואנתם *huic illi sacrificabant sacrificia:* vel ננ , quod *fidus est ad occasum vergens* כאנתם $\text{יסחמטרן באלאנתם ענדתם הברכה בתם}$ *propterea quod pluviam ad occasum sideris ab eo petunt, ut benedictionem ab ea consequantur.* Etenim illis verbis *Lunam* describi ab authore Arabe conjicio, quam ob vicinitatem plusquam aliud quodvis *astrum* in hæc inferiora agere, res

Seld. de
Dis. Syr.
Synt. 2. c. 2.
Hotting.
Hist.
Orient.
l. 1. c. 7.
Isa bar Ali.
Lex Mss.
Syro Arab.
apud
Hotting.
& ibid.
Schamhaf-
schari.